

us nulli magni futurus fuit in Cœnobio, immo ut & aliunde A importari vivere non possint, sed illico expirent, ac in-
termortantur. Quæ verò industria id factum, ignoratur. Eodem beneficio affectus dicitur totum Episcopatum suum Augustinum.

In vita S. Coengini, quam manuscriptam vidimus, extat maledictio ejusdem Sancti in corvum. Prædictus puer (sermo fuit de filio ejusdem Reguli agrotante) cum lac concupisceret, vir Dei eorum de monte ad cellam jubet venire, cuius lac in usum infantis fecit mulgeri. Sed corvus veniens, munus lacis cum vase effudit. Quod Dei famulo valde displicuit, eique dixit: Noe in arca inobediens exitiisti, mihi in hoc displicuisti, adeoque dico tibi: vade nunc quidem, sed in die natali mei, hic requiem non habebis. Quod & nos (en talem oculatum) oculis impletum cernimus. Nam per tres dies Patris Coengini, alas illa nec tantum civitati valet proximare, sed etiam in vertice montis se lacerare non cessat.

Pluraque huc referantur ex Loco de Imprecatione.

EXEMPLA VARIA MALEDICTIONUM,

A QUIBUS, ET QUÀ OCCASIONE, VEL EX qua causa usurpata.

EX SCRIPTURA.

Primus inter homines Noe legitur maledixisse Chanaan nepoti suo, pro eo quod Cham patris ejus nuditatem ipsius Noe ceteris fratribus nuntiavit, cum magis eam tegere debuisset. Genes. 9.

Inter verba benedictionis, quæ dedit Isaac Jacob filio suo Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus. Genes. 27.

De Simeon, & Levi dixit Jacob patri eorum. Maledictus furor eorum, quia pernix & indignatio eorum, quia dura. Genes. 49.

Balach misit nuntios ab Balaam ut veniret, & malediceret populo Israel: audiverit enim, quod maledictus erat, in quem maledictio devenisset. Num. 22.

Multas maledictiones ponit Moyses in eos, qui transgredierentur tradita illis divina mandata. Deut. 17.

Diruta civitate Jerico imprecatus est Josue, dicens: Maledictus vir coram Domino, qui suscitavit, & edificavit Jericho. Josue 6.

Sichemitarum inter epulas, & pocula maledicebant Abimelech. Judic. 9.

Goliath Philistæus maledixit David in visis suis. 1. Reg. 17.

Saul volens persequi Philistæos adjuravit populum, dicens: Maledictus vir, qui comederit panem ulque ad vesperam, donec ulciscar de inimicis. 1. Reg. 14.

Semei procedebat egrediens, & maledicebat, mittebatque lapides contra David, & dicebat egredere vir sanguinum, & vir Belial. 2. Reg. 16.

Elifeus maledixit pueris illudentibus ei, & dicentibus: Ascende calve, ascende. Et laterati sunt quadraginta duo pueri à duobus Urus. 4. Reg. 2.

Cum Judas Machabeus obsideret quoddam præsidium, illi, qui intus erant, supra modum maledicebant, & sermone nefandos jactabant. 2. Mach. 10.

Pharisæi maledixerunt cæco nato, per Dominum Jesum illuminato, & dixerunt: Tu discipulus illius sis. Joan. 9.

Arguebant Judæi Paulum, dicens: Summo Sacerdoti Dei maledictus: sed ille excusavit se, & dixit, nesciebam fratres, quod princeps eslet. Act. 23.

MALEDICTIO ADVERSUS PIOS, ET SANCTOS, PUNITA A DEO

Maledicti in Sanctos illi vocantur, qui vel Sanctis mala imprecantur, vel contumeliosa aliqua appellatione afficiunt. Utriusque generis maledictos, à Deo graviter punitos, invenit plurimos, quibus Ecclesiæ antiquitatis monumenta percurrere vult. Nostri consilii non est vel omnia, vel plurima divina ultionis exempla conglorare: Omnia enim, qui possent? Nec plurima opus, quia id jam ab aliis præstitum, nominatim quod attinet ad maledicta in Deiparam Virginem jacta & penas ab his virulentis linguis repetitas invenies in Historia Joannis Bonifacii, de vita, & miraculis B. Virginis, & apud Matthæum Tympiam in Theatro vindictæ divine. Ergo pauca dumtaxat libabimus.

Quidam perulant, & infruniti oris S. Malachiam, Hiberniæ Primate, appellaverat simiam. Et Malachias quidem doctus

non reddere maledictum pro maledictio, obmutuit; (verba S. Bernardi in vita S. Malachie) & non apperuit os suum, dum confisteret peccator adversus eum. Sed non Dominus oblitus sermonis sui, quem dixerat: Mihi vindicta, & ego retribuam. Eadem die domum reversus homo, iuxta linguæ prociacis temeritate, ipso ulcore, quo insigilatore litarat. Atreptum in ignem proicit demon: sed mox manibus assistentium extractus est, adultus tamen corporis parte, & mente capax. Et dum infantra, vocatus Malachias viri, reperitque maledicum spu-mantia ora torquentem, horrendis vocibus, & motibus terrentem omnia, ac toto corpore agitatum, vix posse teneri à pluribus: & orans pro inimico vir totius perfectionis exauditus est, sed ex parte. Nam illico quidem sancto orante, ille aperuit oculos, & sensum recipit. Relictus est autem ei Spiritus Domini malus, qui eum colaphizat, ut dicat non blasphemare. Credivimus eum vivere usque adhuc, & usque ad hæc tempora luere peccatum grande, quod peccavit in sanctum: certis temporibus tamen ferunt lunaticum esse.

Contra S. Trudonem Presbyterum, & Confessorem multa evomuerat publicæ annotatione Dispensator, cumque eum tantum frugibus confumendis natum, procul pellendum existimabat: Quem eum alii defendentes, ac prociacis laudibus proferebantur, cumque ut in scripturis sanctis sese exerceret, adesse dicebant, ducto initio à Psalmis, ogessit ille non sine irrisu: Impeccor, ut cum hic memoriter haberet Pfalterium, pena in me non redundet alia, quam dolor dentium. Audivit Dominus, & provocatus ad iracundiam, interim tamen servi sui distulit ulcisci contumeliam. Annus quoque defluxit, & capaxissimus juvenis secundum operantem in se spiritum memoriter perfecit Pfalterium: dispensatorem vero secundum cor impetens, & devorantem laborum suorum, & invasi dolor dentium. Crescebat in dies malum, extendebat pena, ut vel ex tormento cogere honorare, quem ex spiritu superbia non erubuerat infamare. Vox incondita, manus incontinens, præterea totus homo traditus in interitum, testabantur in eo magis demonibus, quam dolorem dentium. Nec requievit pena, donec expleta dierum suorum sufficienti malitia, extorqueretur & anima. Audiant hoc, vel exemplum, vel penam, quos nec patientia Dei ad penitentiam, nec diabolus adducit ad veniam. Sur. Tom. 6.

Nec impune tulit linguæ prociacitatem miles quidam Arnoldus nomine, in S. Engelbertum Archiepiscopum Colonicensem maledicta jacere ausus, ita adversus illum sacrilegè debacchans. Multi, ajunt, Dominum hunc, qui complures læsit, damnis affecit, & exhereditavit, sanctum esse, & miracula facere. Hoc si verum est, quod tamen ego non credo, hæc mihi Deus faciat, & addat, ut antequam moriar, insanus efficiar. Multaverat illum B. Episcopus quadraginta maris ob culpam filii ejus, qui feminam vi oppresserat. Quæ tamen in re multum ei pepercerat, ut facinus morte plæctendum, tam modicæ pecuniæ damno multaret. Ut verò offenderet Deus, quam periculosum sit, homini ponere in cælum os suum, eodem die maledico vertiginem capitis immisit: & cum paulo post aliena loqueretur, uxorem cum cæteris cedere cepit, itemque Sacerdotem, qui ad confessionem ejus audiendam vocatus erat. Quid plura? Teneat, vinciat, custodiat, tanquam furiosus, & sequenti die, post multa blasphemæ verba, sine viatico, & confessione animam infans exspirat. Indauerat enim maledictionem sicut vestimentum, & intravit sicut aqua in interiora ejus. Itaque nemo debet sibi malum imprecari: quia licet benignus sit spiritus sapientia, non tamen semper liberabit maledictum à labiis suis. Hæc mihi retulit miles quidam, qui has Arnoldi blasphemias audivit, nec tamen compescere potuit blasphemantem: & vix est quisquam in ea vicinia, quem tantum lateat miraculum. Ibidem.

Quomodo obtractores quosdam S. Ambrosii Episcopi Mediolanensis Deus puniverit, docet his verbis Paulin. Presbyter in ejus vita. Donatus quidam, natione Africæ, Presbyter tamen Ecclesiæ Mediolanensis, cum in convivio positus, in quo erant nonnulli religiosi viri, detraheret memorie sacerdotis, asperantibus illis, & deserentibus linguam nequam, subito vulnere percussus gravi, de eodem loco, in quo jacebat, alienis manibus sublevatus, in lectum positus est, atque in ad sepulchrum usque perducitur. In urbe etiam Carthagineensi, cum apud Fortunatum diaconum fratrem venerabilis viri, Aurelii Episcopi ad convivium venissent una cum Vincentio Colofitano Episcopo, Murano etiam Episcopo Bolitano, sed & aliis Episcopis, & Diaconis, Murano Episcopo detraherenti sancto viro, retuli exitum Presbyteri superius memorati: quod ille

ille de alio dictum, de se oraculum, maturo suo exitu comprobavit. Nam de eodem loco, in quo jacebat, cum subito vulnere ingenti esset percussus, alienis manibus ad lectum portatus est, atque inde ad domum, in qua hospitabatur, rediit, diem clausit extremum. Hæc eo sine Paulinus à scilicet prodita dicit, ut quicumque forte hujusmodi capus est confuetudine, cum legerit, qualiter in his, qui sancto viro detrahere ausi sunt, fuerit vindicatur, ipse etiam in aliis emendetur.

De plerisque aliis, qui sanctis obtractaverant, à demone obsessis, mira narrat Del Rio in Disquis. mag. l. 3. p. 97. nempe de Feemina, quæ D. Gregorium Agrigentinum: & de alia, quæ viro sanctum inflammarat. Item de viro, scemina, & liberis occupatis à demone, propter patris in sanctum calumniam: scribit Surius mense Decembris.

* DISPUTATIO DE MALEDICTIONE SERPENTIS,

Quam Deus dedit illi post suggestionem primis Parentibus, vel in panam imprecatus fuit.

Genes. cap. 3.

An per illam naturam ipsius, & forma fuerit mutata?

Affirmat Lutherus in caput tertium Genesios. Quia serpente Satan ad peccatum abusus est, ideo partem poenæ serpens cogitur portare; qui sic maledicatur, ut inter omnes bestias sit odiosissimus. Talis initio non fuit, sed nunc per maledictionem accedit aliquid naturæ serpentis: nam quod nunc serpens humi, maledictionis est, non naturæ. Et tamen nostri Sophistæ, clamant Lutherus, etiam adhuc hominem audent dicere, quod naturalia post peccatum manserint integra, etiam in Dæmonibus: si enim serpens, quo Satan abusus est ad peccatum, hanc poenam fert, ut qui antea fuerat bellissimus, nunc subito ante oculos Adæ viperinam caudam trahat, & humi repat, ac jam Adæ formidabilis fiat, quid de homine dubitabimus, qui ipse peccavit? &c. Gloria est, quod oves, boves, & alia bestia vescuntur herbis, etiam arborum fructibus, & deinde generant ex se homini ad cibos utilia, butyrum, lac, carnes, &c. hanc gloriam serpentes cum aliis communem habuit. (Quæso, num lac butyrum, aut caseum serpentes homini suppeditasset? Num carnem edendam præbuisset? Porfan ova, gallinarum instar, nobis peperisset.) Nunc ab ista Societate, & quasi ex mensa, & convivio hoc, propter peccatum ejectus est, ut nequidem abjectissima herula liceat vesci, non poma, non pira, non C nec fides, quibus etiam mures vescuntur, gustare audeat, sed crudam terram vorat.

Unde ergo illud Poetæ: Coluber mala gramina passus. Cur læsti adeo insidiant serpentes?

Quis ergo ante maledictionem fuit serpens, qui diris celestibus adeo deformatus est, cunctisque inivisus redditus? Audimur. Qui nunc horribilior, & magis inivisus est, quam omnes aliae animantes, ante maledictionem fuit suavissima bestiola. Il. Fuit pulcherrima bestiola: & homini gratissima, sicut hodie sunt hinnuli, oves, catelli. III. Eva non aliter cum serpente loquitur, quam nos cum delicata avicula, aut blando castello. Nec mihi dubium est, inquit Lutherus, serpente fuisse pulcherrimam creaturam, cum singulari hoc dono ornata, ut inter reliquas bestias haberet primam laudem calliditatis, ut iter calliditas laudem habet vulpeculae, mustelle, &c. IV. Serpens proculdubio, sicut initio conditus fuit, rectus incessit, sicut hodie cervi, & pavones incedunt. Erectus ingressus est, ait Lutherus. Sed, quod dixi, serpente ante maledictionem incessisse, cretum, non ita intelligendum est, quasi erectus incessit, ut homo, sed sicut cervus, aut pavo.

Si incessit erectus ut cervus, fuit ergo serpens quadrupes. Si ut pavo, fuit ergo bipes. Sed ubi duo, vel quatuor illi pedes erant? In qua parte serpentes? Quam verò alti? Si ut cervini, tunc sanè fatiis alti fuere. Si ut pavonis, tanto dimissiores fuisse oportuit, quanto pavo humilior, & dimissior est cervo.

Deinde cum varia sint, etque longè diversissima serpentium genera, an omnibus hæc poena subeunda fuit? An certe tantum speciei. Nunquam ista species, quæ antea pedibus gaudebat & valebat, nunc ventrem humi traheret, & repere cogitur ex gradiente repens effecta? Scio non desse ex antiquis Scripturis, qui ante maledictionem serpenti pedes rectumque, ac erectum incessum fuisse tradiderunt, quorum vel primus Josephus in insectum fuisse tradidit, quorum vel primus Josephus in Commentario de Paradiso, qui pro eadem opinione adducit S. Ephrem Syrum.

Sed quidquid sit de horum sententia, certum, exploratumque esse debet, serpente natura, & corporis constitutione, non fuisse alium, quam modò sit, & planè Lutherum delirare, cum tam pulchram, formosam, speciosam, & amabilem bestiolam ex serpente nobis producat, cui viduus cum homine communis fuerit: Nam quod Eva serpente non horruit, ideo factum est, quia certo sciebat, sibi nullum nocentum à serpente illatum iri, aut etiam inferri posse, & hoc ratione loci, & status, in quo vivebat: ubi omnia tuta erant, nec fera in feram, multoque minus in hominem grassabatur: Nam quod nunc serpentes fugimus, & excremur, id ea causa fit, quia nocere nobis possunt, & solent quoque, Cur leones, urlos, lupos & similes truculentas belluas edimus, & averfamur, earumque occursum vehementissimè formidamus, nisi quia obvios invadunt, dilacerant, & devorant quorum nihil erat in statu innocentia, ubi Eva leonem magis non metuebat, quam serpente, nec serpente magis, quam Leonem, secuta omnis periculi, & damni.

Dices: Si serpenti ante maledictionem erat eadem corporis constitutio, & forma, repatio, cibus, & naturalis ab homine averchio, quorum ergo dirge illa divina: Maledictus es inter omnia animantia, & bestias terre, super pedes tuos gradieris, & terram comedes cunctis diebus vite tue. Respondeo I. quidquid maledictionis in serpente jacuit, id primario pertinet ad Diabolum, qui serpente pro instrumento deceptionis usus fuerat; osque serpentis in sermone articulatam formaverat.

Respondeo II. Cum Del Rio in cap. 3. Gen. Quæ serpenti à natura competeant, hæc eadem Deum illi in poenam, & supplicium vertisse. Quare nihil hæc maledictione serpenti nocuit, quam quod infame justum esse, quod infame non foret, si justum non fuisset: Sicut è contrario Cruz, quæ prius erat ignominiosa, & qui in ea appensus, maledictioni obnoxius putabatur, postquam à Dei Filio electa, per quam nos redimeret, cepit esse optimabilis, & gloriosa, & in benedictionem transivit: ut non absimiliter serpens cepit hominibus esse abominabilis, & maledictus, quia ruina hominum fuit instrumentum: atque ita, quæ fuit semper antipathia naturalis inter serpentem, & hominum scela; post hanc prævaricationem per Dei maledictionem, quæ rupis repagulis, & habentis laxatis, in bellum noxium, & insectum utrimque erupit, quod prius ne mutuo noceret, singulatis Dei providentia reprimerebat. Cur quælo serpenti naturalia dona tollerentur, quæ nec Dæmonibus propter peccatum ablata fuerunt?

Quare inania, & prorsus frivola sunt cum alia jam ex Luthero recitata, tum hoc: Post verbum maledictionis emissum, serpens mutatus est pulcherrima forma in turpissimam, & abominabilem. Quod delirium Lutherus ed vidius arripuit, quia credebatur alteri cuidam suo somnio hinc firmamenti aliquid accedere posse: huic nempe, Naturalia in hominibus, & Dæmonibus non mansisse integra. Si enim serpente, quæ sibi naturaliter competeant, per maledictionem amisit, quanto magis homo, & Dæmon. At jure sciscitetur quis ex Luthero, quid tandem natura sibi debitum homo, aut dæmon amisit? Forma & materia, ex quibus homo essentialiter componitur, adhuc, ni fallor, integrè durant. Si potentias, & sensus tam internos, quam externos, aut partes quantas seu integrales in homine quantas, omne reperies, neque enim antea habebat homo tres oculos, tres aures, quatuor pedes; binas vel quatuor manus, duos intellectus, duas voluntates. Quid ergo, die obsecro, ex naturalibus, quibus homo constabat, amisit? Num quod post maledictionem perdidit, corporeum fuit, an spirituale? Si illud, edatur nomen. Si hoc, rursus edatur nomen. H Idem dico de Dæmone. Tota naturalis ejus substantia ad vivum selescit, & quasi anatomiae subiciatur: nihil invenies ad naturalem ejus substantiam pertinens, quo post & per peccatum privatus fuerit.

Obstrepunt: Intellectum fuisse ignorantia tenebris obfuscatum, & voluntatem ad prava inclinatum. Num ideo amissa aut hæc, aut illa potentia? Etiam vino, & somno obnubilatum intellectus: An ideo amittitur? An Socrati intellectu carere, effecti sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus? Iterum rogo Lutheranos, ut quia Lutherus contendit naturalia in homine, & Dæmone non mansisse integra; idque ostendere vel exemplo serpentis, qui per maledictionem pedes amisit, monstrant tandem nobis, quid simile homo ad naturalem ejus integritatem, vel essentialiam spectans, perdidit, & similiter quid Dæmon?

Prosequitur deinde *Cyraldus* dicta sua, inquit: Extra corpus autem, five extra intestina sunt maleficia amatoria per aliquas mixturas compositas ex herbarum foliis, vel radicibus, metallis, reptilibus terræ: Plumis intestinis, membrivæ, avium, piscium, vel animalium; aiarumve similibus rerum naturalium (tadde, maximè expetere, vel capillos, vel unguem prælegmina, vel fasciam, vel quid aliud vestimenti quod solitum tangere corpus maleficiandi; aut si nihil huiusmodi queant nasci, vel epistolam, vel quid aliud de illius domo) & tunc adhibent certas ligaturas, quibus hæc involuta confluunt in chlamyde, vel tunica maleficiandi, vel abscondunt sub capite lecti, vel inter plumas, vel, materia super quæ ipse dormit, aut sub limine ostii, vel alterius loci, super quo ipse maleficiandus vir transiturus, aut mulier transitura sit. Hæcille partim *d. g. 3. num. 15. partim g. 5. num. 3.* ubi etiam addit sacrilegia quædam istorum. Ipsi (inquit) fortilegi admiscunt sæpius in istis aquam benedictam, scilicet fontis baptismatis, aut communis amphoræ existens in Ecclesia, aut oleum sanctum Baptismatis, Christum, aut Extremæ unctionis, ramos olivarum benedictorum, ramos palmarum, candelas benedictas, lacros agnos Dei, thura benedicta, cereos paschales, & his similia.

Quandoque autem capiunt aliqua ex reliquiis SS. Martyrum, si habere possunt; scilicet particulas ossium, capillorum vel vestium. Alii autem capiunt stultula quædam indumentorum sacerdotium, aliorumque panniculorum benedictorum, quibus sacra mysteria venerantur, celebranturque, sicut camilla, purificatio, corporalis, tunicella, manipuli, amictus, stolæ candida, lapidis sacri, mappæ altaris, sudarii, calcis, & similia, & ista omnia, vel istorum partem admiscere solent in fortilegis amatoriis, adhibitis eorum nefandissimis precibus, & Diabolicis verbis, ad turpes libidinis actus, tot Sacramentorum aliorum sacrorum perpetrantes abutulum.

Mox subdit tertium quoddam genus fortilegi amatorii his verbis: Quidam ex his, qui sunt expresse professionis, deserunt quandoque imagines quasdam ad la facificiorum terra, vel cera, aut gemmarum, sed alia quavis mixtura confectas, illaque baptizant prius nomine personæ maleficiandæ sub devotione, & invocatione diaboli, cum eisdem ceremoniis quibus uti solent nostri sacerdotes in verò baptizamento: & adiciunt quædam verba turpia, & nefanda: quidam imaginibus quandoque aperunt pectora, & insparant corda ingenti calore ignita reddunt; aut tantum detinent, quod liquefiant, putantes quod eodem modo cor hominis maleficiandi similiter aduratur, & sic tantum obediens reddatur ad votum fortilegi, vel amantis.

Joann. Saliburienf. l. 1. c. 11. Vultuicoli sunt, quid effectus hominum immutat, in molliori materia, cera, vel forte limo, eorum quos pervertere nituntur, effigies expriment, cujus illusionis in Pharmaceutria *Virgilius* meminit:

Limus ut hic durefcit, & hæc ut cera liquefcit
Uno, eodemque igni, sic nostro Dapnis amore, &c.

Naso quoque in libro *Heroidum*:

Devotus absentes, simulacraque cerea fingit.
Et miserum tenues in securi urget acus.

Scribit *Thomas Bosius l. 4. de notis Eccl.* quomodo Anfidi in Piceno, anno 1273, quædam Mulier, cum sumpsisset ore Eucharistiam, non deglutivit, sed servatam secum detulit, ut illa uteretur ad amorem mariti conciliandam sibi per veneficia. Quamobrem sic malis artibus edocta, super prunas in regula repositam projecit: quo facto (mirabile dictu) cepit

D Eucharistia aperuisse in carnem conversa sanguinem late emittere, ita ut prunas extinxeret, neque cohiberi potuit cruoris eruptio, donec conducerent carbones, quamvis mulier nihil non egerit: iniciendo cinerem, pulverem, ceramque apponendo. Tum novo eventu attonita, linteo tegulum cum carne divina, & sanguine involvens, stabuli propinqua stercore inلودit. Latuit res annos septem, quamvis aliquot mirabilia evenissent; quæ undenam nascerentur, alios quidem latebat, mulierem non ita, facti, ac sceleris sui consciam, his exactis, illa tandem aperuit rem gestam Sacerdoti; qui, cum se ed contulisset, reperit intactam carnem, sanguinemque recentem, linteumque illatum. Miraculum patet factum, cunctisque divulgatum, ex omnibus locis innumeros ad sui spectaculum commovit, & commovet adhuc post annos trecentum, & sexdecim. Visitur enim caro, visitur sanguis vitreis ampullis inclusus, ad tante rei memoriam sempiternam, neque post tanta temporum

spatia quicquam ex his est corruptum, aut tabefactum. En quo pacto Deus tam manifeste miraculo nefarium mulierculæ fortilegi inhibuerit.

MALEFICIUM HOSTILE.

Hostile Maleficium dicitur, quicquid in bonis animi, corporis, aut fortunæ damnum inferit, & ut inferat maleficio adhibetur. Suntque præcipua illius species Fascinatio strictè sumpta, ut est perniciofa qualitas dæmonis arte illata, ob tacitum, vel expressum inter ipsum, & hominem pactum: Et Veneficium, quando certo veneno applicato, morbos, aliaque incommoditates animalibus procurant Magi accepto eodem à dæmone, cui vires illius sunt perspectæ. Ita procurant abortus, lactis exsiccationem in puerperis, partum difficilem, ut omittat innumera morborum genera. Exempla plura reperire est apud *Del Rio lib. 4. p. 1. disquis. magicarum*, unum, aut alterum dabimus.

Anno LIII. captæ sunt Berlingæ Dux femine veneficæ, quæ glaciem ad pendens fruges persicere conata sunt. Exque mulieres rapuerunt furto, alterius vicinæ mulieris infantulum, & ipsum discitulum coxerunt. Factum est divinitus, ut mater quærens infantem, interveniret, ibique oliam, & imposita amissi infantis membra videret. Captæ itaque mulieribus, & in tortura examinatis, dixerunt: Si processisset coctio, tunc futura fuisset ingens glacies, ita ut omnes fruges perderetur.

Scribit *Cardanus lib. 11. de varietat. rerum, cap. 80.* circa annum Domini 1366. Salefiz circiter quadraginta viros, & ad feminas conjurasse, inter quos carnifex erat; ut cum pestis antea fessisset, inter vos jam mitteretur, unguentum conficerent, quo, tangentes portarum coronidas, inficerentur: pulverem quoque conficere, quem semper in vestes elam spargerent. Latuit aliquandiu hæc res, & sublatique multi. Sed cum cupidam, nomine Neri, fratrem, atque unicum filium sustulisset, vixque illi quàm domini domum, aut filii perirent, simulque animadverteret androgynam se in domos infuam, atque eos maxime perire, quorum domos ingrederetur; deprehensa conjuratione omnes exquisitissimis tormentis necati sunt: fassi enim decreverunt in pompa celebri Divi cupidam, subfelliis innumis universos civis occidere, parataque ad hunc usum supra viginti ollas.

Tentantur & idem alii Geneva post, dederuntque pœnas.

Ipsi etiam malefici interdum assiduo vel insciant, vel necant. Narrat *Sprengerus Malici part. 1. q. 1. c. 11.* Mulierem quandam inter Breisciam, & Priburgum, eum vicina litigasset mox cum noctu ante hostium domus aliquid ageret, ventum quandam calidum è domo feminae alterius ex opposito habitantis, in faciem ei inflasse, unde & subito lepram contraxerit.

In diaceff eadem, & territorio Nigræ Silvæ, maleficam, dum à lictore strui lignorum preparare imponeretur, ei dixisse: En tibi à me mercedem & simul in vultum ejus inflasse: & ecce, miser operitur totus horrenda lepra, quæ paucorum dierum spacio eum pluribus adjunxit.

Aliam malefici hostilis speciem per arma malo imbuta carne reperio apud *Mezerum*, his verbis: Primum omnium Aurelianum conatum fuisse omnem regiam stirpem per seculum extingueret, atque per artes diabolicas, & maleficia quoad regni solium grassari. Tradidisse Duem gladium, pugionem & annulum suum cuidam monacho apostata, & sociis ejus, ut ea dicarentur diabolicis prætiigiis, incantarenturque ad maleficia per illa perficienda. Monachum illum in turre Mongeya, juxta Ligniacum, super flumen Marronam, per artes suas evocasse duos ad se cacodæmones, quibus gladium, annulum, & pugionem, ut illis operarentur, tradidit. Ea instrumenta à cacodæmonibus iniuncta, incantataque, & reddita monacho, atque per eum Aurelianensium, per ea instrumenta incantasse, ac demonstrasse germanum suum Carolum Regem adeo subtiliter, ut vix quicquam posset percipere. Primum incantationem factam apud Bellovacum, quæ adeo erat virulenta, ut regi unquam, atque capituli deciderent. Alterum maleficium in Camomanis, in quo tanta erat vis, ut nemo mortalium judicare posset, an viveret Rex, nec ne. Jacebat enim absque ullo sentu, & spiritu vitali, quantum certni posset. At postquam ad se redire cepit, Obsecro (inquit) auferre hunc gladium, qui mihi corpus transfordit; idque mihi facit germanus meus Aurelianus.

Tacco, quod de annulo nostris temporibus à fratre fratri Regi Carolo non dato, penè similia narrat libellus Gallicus Parisiis de Henrico III. excusos: fed forte id ab hostibus Regis tum confectum, & cum famosis libellis ille dammandus.

Scribit *Joan. Nider. lib. ult. Formic.* talem historiam. In oppido *Bolrigon*, Lausanensis diocesis, Quidam dictus *Stadelein*, grandis maritus, captus per Petrum judicem loci, ferebatur in certa domo, ubi vir, & uxori simul manebant, per sua maleficia successerit in utero uxoris præfatio septem circiter infantes, ita ut semper abortum faceret, in femina annis multis necasse, quorum nullum vivum partum edidit pœnoribus factos, postea ex eisdem confessione instrumentum malefici quod fuerit, ostendit his verbis: (subter lumen ostii domus se lacertans tubis resuscitandum prædixit: cum fecunditate ille quæretur ter sub limine, nec inveniretur, qua in pulverem fortassis redactuserat, pulveres seu terram desuper postquam asportabat, & in eodem anno uxori, & omnibus juvenis domus fecunditas restituta est.

De parenti difficultate, & quidem perpetua sic *Apulejus l. 1. de as.* Eadem amatoris sui uxorem, quod in eam dicebat probrum dixerat, jam in farcinam prægnationis obsepto uterulo, & repugnato foetu, perpetua prægnatione demnavit. Ut cuncti numerant, postea amorum misella illa onerat, velut elephantum partura, distendit.

Latino Græcus accessit scriptor *Paul.* cujus in *Boeticis* ista habentur; Pharmacias Thebani Junone missas ajunt, ut parturienti Alcmene partum inhiherent, à Tiresia filia Historeide tali commento clausam. Ex eo veneno loco, unde illa facile audire possent, demasit: pepercit jam Alcmenam: illas ea voce deceptas, statim abiisse; Alcmenam illi co puerum enixam.

Superioribus annis Trevirensi in civitate combusta fuit malefica, quæ confecturæ se solitam ex parte per epistomium fac, quod divendebat plurimis, mulgere.

Alia herbis, verbis, vel solo actu lacte privant armenta, & pecoræque, quæ lubet.

Bieberana Laodunensis saga, solis minis ubera vicinæ mulieris sic exficavit, ut ad obitum usque sagæ, quamvis multos peperit, lacte semper careret.

REMEDIA MALEFICIORUM DICTORUM GENTILIIUM.

Genilibus usitata erant antidota contra philtrea, sicutantque per incantationes, aut lustrationes quasdam, quæ Christianis etiam profus illicita sunt. *Virgilius A. Enid.*

Hæc se carminibus promittit solvere meatus
Quas velis, est alius diras immittere curas.

Verè dicit promittere, nec enim præstabat. *Tibull. l. 1.*
Quid credam, neque hæc eadem se dixit amores
Cantibus aut herbis solvere posses meos.

Et me lustravit adis, & nodis serena
Concidit ad magicos hostia pulla Deos.

Non ut totus abisset amor, sed mutans esset,
Orabam: nec te posse cavere velim,

Putabant enim his lustrationibus alterum eveniret, vel ut amore liberarentur, vel votis potirentur. *Nemesianus*, inducit pastorem quærentem hæc omnia sibi incastum occidisse:

Quid prodest, quid me peregrini mater Amynæ
Ter vitæ, ter fronde sacra, ter thure vaporo
Lustravit, cinereque averfa effudit in amnem,
Incendens vivo crepitantes sulphure lauros;
Cum sic in Meroen totis miser ignibus arsi?

Diras intellige functi viri. Omisit & aquæ asperzionem, de *D. quæ Propert. l. 3.* loquens de amore:

Quod mihi non pat rii poterant avertere amici.
Eluere aut vasso Thessala saga a mari.

Hanc secuti opinionem Gentilium videntur, non *Eunapius* modò in vita Edelli, de illa, quam magus Philometor in amore pellexerat, magus vero Maximus amore solvit; & *Plin. sed & Pomponat.* homo male Christianianus.

Opus est in antidotis distinctio.

1 Sinaturalia tantum sunt medicamenta, maniam purgantia, & ardorem libidinis temperantia (ut agnus castus, & hujusmodi) dummodo noxia non sint valetudini, licebit eis uti.

2 Si verò dabitur, num inficilis vis naturalis, an verò sint merè superfluitia remedia; & tunc is abstinendum, tale quod de *Scythica*, que *Promethæa* herba refert *Propertius*, quod

de insperfo corpori pulvere, in se mula volutaverit, vel hirci urina habita, vel rubeta in corio pecoris recent is alligata, & E de virga lupi. *Plin. l. 28. 33. 39.* *Pomponat.* tradidere.

3 Si moraliter improba sunt remedia, planè vitanda, & viticia sunt, tale remedium Crates apud *Ægyptæ* licentia Balnea, tripudia, comestiones, & quæ lequi solent deteriora: tale etiam illud Faustine, quo usus M. Anton. Philofophus; qui gladiatorem ejus adulterum occidit, justit, & illam incedere inter caput, & collum.

4 Si sit admixta superfluitio, nunc pertinent ad vanam observantiam; si verò dæmonis pactum interveniat, pertinent ad dæmoniam Magiam.

* REMEDIA CHRISTIANORUM, SIVE ECCLESIASTICA.

Remedia Ecclesiastica, five Christianorum, optima sunt, & absque superfluitione, aut periculo adhibentur, utpote vel à Christo, & Apostolis instituta, vel ab Ecclesia approbata, unde totam vim suam habere cognoscuntur. Eadem autem remedia numerantur. Magna fides, & fiducia in Deum: Susceptio Sacramentorum: Confessio, Eucharistia perceptio: Exorcismi Ecclesiæ: Aqua benedicta; Reliquiæ Sanctorum; Signum Crucis, Invocatio nominis Jesu, & B. Virg. Angeli Custodis, & aliorum SS. Oratio denique, & jejunium, quæ valent adversus pessimum genus dæmoniorum, teste ipso Domino, *Matth. c. 17.*

Supradictorum exempla innumera suppeditat *Del Rio lib. 6. disquis. Magicarum c. 2.* Pro singulis unum, aut alterum assignabimus, indicato Auctoris loco, qui illud refert, ut lectori ad eum recurus fieri possit.

De fide, five fiducia in Deum efficaci adversus maleficia, videatur *Cassianus collat. 8. c. 18. 19.* *Paulinus in vitam S. Ambrosii. Greg. l. 1. Dial. c. 4. 19.* supra *Tit. Magorum conversio.*

Susceptio Baptismi miram vim exhibuit olim, & à paucis annis, in hoc genere, ut videre est apud *Nicephorum in historia Tyridatis Armenia Regis*, quam Metaphrastes confirmat, citatus à *Del Rio disquis. mag. l. 6. c. 1.* Item apud *T. Bohum l. 1. de notis Eccl. c. 16. ex Joanne Villano l. 7. c. 35.* *Petrus Chiezap. l. 1. c. 18. histor. Perovane.*

Confessio peccatorum vim suam exercuisse probatur à *Petro Abb. Cluniacensi, de mirac. c. 6.* de quo etiam videatur *Autor. vita S. Bernardi l. 1. c. 8. Heitor Boet. l. 8. rer. Scoticar.*

Perceptionis S. Eucharistia virtus hic etiam enitit, dum per eam maleficia curata intelliguntur, & confirmatur *l. 1. vit. S. Bernardi c. 10. Et B. August. l. 22. de Civ. Dei c. 8.* scribit domum quandam à dæmonum infestatione liberatam, quod in ea offerretur Miste sacrificium. Memor similia de Eucharistia sumptione *Cassian. coll. 2. c. 6. Joan. Molinus in Chron. Bel. an. 1499.* Quin de Sacramento confirmationis testis est *Lactantius l. 4. divin. Instit. c. 27.* *Prudentius* narrat omnes Juliani Apostatae magicas artes concidisse præsentia unius Baravi spicularioris Christum signati.

De Olei quoque benedicti usu efficaci *Beda* scribit in *Lut. cam c. 8. fol. 315.* *Surius* in vita *S. Lannomani 14. Januar. Metaphrastes* in vita *S. Eucherii 7. Februar.*

Exorcismorum in Ecclesia institutorum efficaciam docet continus Ecclesiæ usus. Jam enim ante annos 1400, in Ecclesia est ordo Exorcistarum, ut constat ex *Epist. S. Ignatii ad Antioch.* Exempla hic innumera suppeditari poterunt, quædam à nobis indicantur in *Loco de Exorcismis.* Et habet alia *Surius* in vita *S. Maurilii c. 10.* & in vita *S. Opportuna, 22. April.*

Aquam benedictam commendat hic etiam varis historiarum, qui illius remedio usi, ut *B. Marc. apud Theodoretum l. 5. bist. c. 21. S. Maccharius apud Pallad. l. 1. cap. 19. S. Bernardus l. 2. vita ejus cap. 3.* estque illius usus frequentissimus apud *Indos.*

Sanctorum etiam cum Christo in cellis repugnantium reliquiæ vim miram exercent: sic verum etiam de illis fit, quo nimis sit confortatus eorum Principatus. Videatur *Thomas Fasellus de reb. Siculis l. 10. c. 2. Evagrius l. 1. c. 16. Serap. l. 7. cap. 26. Niceph. l. 10. c. 8. Greg. Turon. l. 2. de glor. Martyr. c. 45. Bosius lib. 15. de signis Ecclesiæ c. 7. 11. & 12.* Vide, quæ diximus loco de *Amuletis sacris, Tit. Agnus Dei.*

Quæ verò virtutes per adhibitu signum Crucis contra istiusmodi machinationes diabolicas præstitæ fuerint, docent in finita exempla, & monita. Apud *Chry. hom. 9. in Epist. ad Colos. La. Sant. l. 4. c. 27. Cyprianum ser. de passion. Bern. l. 2. vitæ c. 2. In 3. Greizerum lib. de Cruce.* Neque dissimilia sunt, quæ de invocatione nominis Jesu, SS. Deiparæ, Angelorum, ac cæterorum

Damas. lib. 2. cap. 4. Vide infra hoc eodem loco. A Malum nihil aliud est, quam bonum imperfectum, secundum B. Thom. secundum sententiam. dist. 34. q. 1.

Malignitas, Græcè κακία, non est, malignus dicitur. Malignus vero dicitur quasi malus ignis, id est, pravam habens intentionem, secundum B. Thom. sup. 2. 2. 36. princ. Est enim malignus, asper, difficilis, invidiosus, avarus. Hinc malignam vitam, quæ angusta, atque ardua est. Virg. Aditusque maligni.

Malignitatem vitæ nostræ similitudo declarat. Aranea est animal debile tenuissimum, quod transcurrentibus muscis quædam retia dolosa contextit: sic anni illorum, qui sceleratis operibus dediti sunt, inanibus, & subdolis machinationibus occupantur. Cass. super illud, Anni eorum sicut aranea.

Catullus de nuptiis Pelei, & Thetidis. Sed postquam tellus scelere est imbuta nefando, Justitiamque omnes cupida de mente fugarunt, Perfudere manus fraterno sanguine fratres, Desiit extinctos natus lugere parentes, Optavit genitor primævis funera nati, Liber ut inuictus potivetur flore novæ.

B Ignaro mater subterfrens se impia nato, Impiæ non veritas est divos scelerata Penates. Omnia fanda, nefanda malo permista furore Justificam nobis mentem avertere Deorum. Quare nec tales dignatur visere cæcus, Nec se contingi patiatur lumine claro.

Habet malitia curam suam totis quatuor consistentem, scilicet, impatientia, audacia, impudentia. Valde enim velox est curvis iste ad effundendum sanguinem, qui nec innocentia sistitur, nec patientia retardatur, nec timore frænatur, nec pudore inhibetur. Trahitur autem duobus perniciosus equis, & ad omnem perniciem paratissimis, terrena potentia, & seculi pompa. Porro præsentem his duobus equis aurigæ duo, timor, & livor: Timor quidem pompam, livor potentiam agit. Bern. sup. Cent.

APOPHTHEGMATA.

Thales, quid nocentissimum esset, interrogatus? Malitia, dixit: Noceat enim illa bonis etiam, si attigerit. Stob.

C Socrates, Hominem, cui ex malitia spes dependet, similem illi esse dicebat, qui navim infirmæ anchoræ committit. Stob. serm. 2.

Democritus, Malitia, inquit, res est quæ facillè capitur. Nam dum in solum lucrum intenta est, circumspicit obvia se quæstus præbet, & temerè persuadet. Stob. serm. 2. de mal.

Epicætes, Quemadmodum, inquit, viperam, aut aspidem aut scorpionem in curburio, vel auro sereno inspicies, non propter materiam pretium ipsa diligis, aut magni facis tanquam felicia animalia, sed potius propter naturam ipsorum exitalem vim abhorres ac detestaris: etiam in divitiis, & fastu fortunæ malitiam videns inesse, non ad materiam splendorem obstupescere, sed morum pravitate contenere. Stob. serm. 5.

Plato, Ea, quæ mala dicuntur, malis bona, justis vero mala esse dicebat. Bona rursus, bonis quidem verè esse bona, malis autem mala. Stob. serm. 2.

Dion Philof. Res malas, seu improbas dicebat nunquam in eodem flatu manere, sed subinde moveri, & in majorem cresecere petulantiam, nec ullum certum modum assequi. Ibid.

Hiperides, Incipientibus malis obstruendas esse vias dicebat, Nam cum femel (inquit) radices egerit, & inveterata fuerit malitia, tanquam congenita ægritudo, difficillis extinguitur. Stob. serm. 44.

Socrates, Injuriam, inquit, facere, & non obedire meliori, sive Deo, sive homini, malum, ac turpe esse scio. Nunquam enim, vel metuum, vel fugiam illa, de quibus an bona sint incertus sum, magis quam mala, quæ mala esse non dubito. Plato in Apolog. Socratis.

Democritus, Malum, inquit, etiam si solus fueris neque dixeris, neque feceris. Dicit autem teipsum multo magis quam alios revereri. Stob. serm. 31.

Pythagoras, Vir malus plus mali patitur a afflictu conscientia, quam ille, qui in corpore castigatur, & flagris cæditur. Stob. serm. 24. Idem qui de malis, inquit, penas non sumunt, bonos affici volunt injuriis. Stob. serm. 44.

Epicætes, Si cupis, inquit, bonus fieri: primum crede, quod malus sis. In Enchir. & Stob. serm. de virtute.

Jamblichus dicebat, quemadmodum suppurato fatius est unquam ita manere: sic etiam malo viro mori, quam vivere. Stob. serm. 44.

Archylas Pythagoreus: Semper, ait, Infelicem oportet esse malum, sive adit materia, male enim utitur: vice ea caret. E. Sicut cæcus esse lumen habet, & claritatem visibilem, sive in tenebris degat. Stob. Sermon. de virtute.

Diogenes, Cum adolescentem natura malum lapides in cælum jactantem videret: Euge, inquit, scopum non attinges. Innuit autem, eos cælestium bonorum nequaquam hæredes esse, qui malitiosam ægerent vitam. Laert. lib. 4.

Idem, Corinthum profectus, ludum ingressus est & quem ibi Dionysius regno repulsiis aperuerat, audivitque pueros male canentes. Interim ingressus Dionysius, quoniam putabat Diogenem consolandi gratia venisse, humaniter, inquit, facis Diogenes, hæc est rerum humanarum volubilitas. Immo, inquit Diogenes, miror te etiam vivere, qui tantum malorum in regno patiaris, & video nihil meliorem esse ludimagistrum quam fuisti Rex. Laert. in Erasmo. lib. 3. Apoph.

Idem Eunuchus quipiam contaminatæ famæ, inscripserat ædibus suis, unde dicitur in Xenoph. Ne quid ingrediatur mali. Id videns Diogenes: Aegidum, inquit, dominus, qui ingreditur? Eunuchus boni omnis gratia posuerat titulum, ne quid infelicitatis attingeret domum, id Diogenes detorsit ad mala animi, quæ sola vera mala sunt. Laert. lib. 6. Brufon. lib. 4. cap. 11.

* Malum.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Pythagoreorum error fuit, malum esse naturam quandam: ideoque constituebatur bonum, & malum tanquam genera. Cæterum malum non esse naturam, res certa est: nihil enim aliud est malum, quam absentia boni: quomodo tenebræ absentia sunt lucis. Invenitur autem in rebus malum, perinde ac corruptio, & defectus, non quidem formaliter positivè, sed ut loquitur S. Thomas, p. 2. q. 48. remotiè, & hoc pertinet ad perfectionem universi. Dicitur autem Malus, aut Malum à μᾶλον à nigro, unde & à nigro felle Melancholici. Isidor. lib. 10.

SUBJECTUM, ET EFFICACIA.

Cum malum sit boni privatio, in eodem subjecto est cum illo: estque in bono tanquam in subjecto suo, privativè, non negativè.

Malum autem tantæ esse efficaciam, ut bonum, cui opponitur totaliter auferat, quomodo visus totaliter tollitur per cæcitatem. At bonum, quod illius subjectum est, non minuitur per illud: ut v. g. per tenebras, aut cæcitatem nihil de se substantia aeris, aut hominis tollitur. Ita S. Thomas, sup. art. 4.

DIVISIO.

Malum in sua generali est multiplex, prout in rebus creatis, invenitur multifaria disconvenientia. At in rebus voluntariis est duplex: Malum culpæ, & malum pœnæ: hoc vocant illud, quod fit per subtractionem formæ, & integritatis rei. Quod autem committitur, vel existit per subtractionem debite operationis, est malum culpæ. Ideoque culpa plus habet de ratione mali quam pœna, nam culpa hoc ipsum malum est, quod mali sumus, & à nostra tantummodo voluntate proficiscitur.

AUCTOR.

Deus est auctor mali pœnæ, non culpæ: ut quæ à propria voluntatis pertinacia, & impietate profecta est. Malum aliàs non habet causam per se, sed per accidens, ut ait, S. Thomas, videlicet bonum ipsum, quod illius subjectum supra diximus. Est igitur causa illius per modum causæ materialis, Formalem enim causam malum non habet, cum sit formæ privatio: nec finalem, cum sit etiam privatio ordinis ad finem debitum: habet ergo causam per modum agentis, idque per accidens. Cum autem ordo universi exigat ordinem Justitiæ, qui requirit ut peccatoribus inferatur pœna, Deus H illius mali, quod pœnam dicimus, causa dici potest: alterius non nisi per accidens, causando bonum ordinis universi, & ita ex consequenti corruptiones rerum. Itaque quidquid est entitatis, & actionis in mala actione, in Deum refertur tanquam causam: at quod ibidem est defectus, fit ex causa secunda deficiente. Absurdum autem est dicere dari aliquod summum malum, quod omnium aliorum sit causa, neque enim potest quid esse per essentiam suam malum, cum omne ens in quantum tale, bonum sit. Videatur S. Thom.

* Mamluchi.

Quæ eorum origo, progressus, interitus.

Mamluchi olim vocabantur filii Christianorum, empti à Turcis, & à Christianissimo ad Turcismum traducti. Cui enim Tartari Armeniam subiegerint, infinitos Christianorum filios vendiderunt Melch Sala Aegypti Sultano, qui eos in militia

militia exerceri curavit, & Mamluchos vocavit, id est emptos. 770 malac Arabicè emere significat. Post mortem vero Sultani Melech Sala, cæterum Mamluchi è suo collegio, quod solum Apostatis Christianis constabat, Regem eligere anno Christi M. CCL. II. Idque sub Imperatore Frederico II. exipati verò fuerunt à Selymo Aegyptum occupante anno Christi M. D. XLV. tunc & regnare, & esse defuncti. Reser Cornel. à Lapide ex Soc. Jesu comment. in 1. Epist. ad Corinth. cap. 7. vers. 20.

Mancipium.

Vide SERVI. SERVITUS.

* Mandatum. Præceptum.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Mandatum est, quod alicui agendum committitur, & fit à potestatem habente. Dicitur autem à mandare, quod est committere, inungere, jubere. invidiosus, invidiosus. Ferent. in Adelp. Huic mandes, si quid redè curatum velis. Trahit B autem originem ex officio, atque amicitia, inquit F. Balduin. lib. 3. Infrat. Justiniani Tit. 26. de mandato.

At aliter usurpatur apud Jurisconsultos, aliter apud Ecclesiasticos. De utraque acceptione in præsentem agemus. Et quidem prior illa acceptio civilis est, pro justione, qua alterius voluntas innovefcit, aut perferitur: & qui perferit, mandator appellatur, & mandatarius, nisi quod mandator accipitur etiam pro eo, qui mandat.

* MANDATIUM CIVILE QUOMODO CONTRAHITUR.

Quinque modis contrahi mandatum docet Justinian. tit. 26. Infrat. ut si tua tantum gratia quis mandat, ac hoc potius consilium dicendum, neque inducit obligationem, si tua, & sua: si aliena tantum: si sua, & aliena: si tua, & aliena. Contrahitur autem consensu expresso, vel tacito. Quinque autem hos modos ad tres redigunt, nempe Mea, Tua, & Aliena gratia. Rei autem turpis nullum est mandatum, neque si suscipiatur perficendum, obligatio.

EXEQUUTIO.

Qui mandatum exequitur, ejus fines excedere non potest, sed fit intra illos se continere. Nisi sine ullo mandantis incommodo fieri aliter potuisset. Consiliosum fuerit, quoties certum mandatum est, formam illius servare. Si incertum, relinquatur boni viri arbitrio illius præstatio. De quo vide Gellium l. 1. c. 13. Non tamen dicitur excedere mandatum, qui id agit, quod mandato coheret, & sine quo comode expleri non possit. Cum autem liberum sit mandatum non suscipere, tamen ubi susceperit fuerit, consummandum est, inquit Justinian. aut renunciandum, idque tempestivè.

Craffus, quod architectus aliam trabem misisset, quam jufferat, virgis multum cædit. Quid quæso amplius in monachum architoris regulæ distasset Abbas severus? In eo namque solo deliquerat, quo non paruerat mandato, et si forte re ipsa utilius esset, quod fecit. Nam sicut in religione degentibus preclariorum mandata, dum præceptionem perpetuam non impugnant, à subiectis non oportet discuti, sed impleri sic in militari, circa mandata ducis, nulla est examinatio militaris, nisi forte quod præcipitur, expressum saluti reipublice inveniatur advertum. Nam in eo non obtemperat nisi perfidus, & impius miles. Quid enim iniquus, quid detestabilis, quam sine fidei reverentia aggredi quicquid dicitur Imperator? Nonne apud omnes vox inest illa est, & crudelis, pleneque perfidia.

Pedore si fratris gladium, juguloque parentis Condre me jubeas, pleneque in viscerâ parvas Conjugis, invita peragam tamen omnia dextra. Cassia super Tufci si ponere Tyridis undas, Hesperios audax veniam metator in agros. Tu quocunque voles in planum effunderis muros, Hic aries ædus disperget saxa lacertis. Illa licet penitus tolli quam jufferis urbem, Roma fiet.

Quid nequius dici potuit? & unde magis deberet, si fidelis esset, Romanus Imperator offendi? In eo namque sceleratus miles fidei suæ fidem facere stituit, unde seipsum maxime infidellem, & perfidum esse convincit. Magna quidem reverentia debetur duci, sed fidei religio servata. Quædam ita necessaria sunt, ut mandatum nec expectent, alia fide detestabilia, ut null. L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

lum omnino mandatum admittant. Media quidem quæ neque sunt necessaria bona, nec detestabilia mala, consistunt in arbitrio præsentis. Velit nolit præfectus, ex necessitate boni, diligendus est Deus. Velit nolit præfectus, ex malitia iniquitatis, est adulterium declinandum. At militare, vel non militare, egredi vel non egredi, cæteraque quæ philosophi indifferentia reputant ad præpositum diligentiam, & reverentiam spectant.

In his nisi mandato præsentis, oculum aperire, instar criminis est, aut ex scientia sua ad cusquicunque operis fidei manum irreverenter extendere. Sic cæcus in hac parte objectus ut vivat, quia quacumque die quasi propria discretionem ad arborem scientiæ, quàm sibi & prælati reservat Dominus, temerariam manum miserit, laqueum mortis incurrit. Quid enim bonum, aut malum in talibus sit, non licet judicare subiectis, dum plena reverentia præpositis exhibetur, & fidelis obedientia mandatorum. Militem ergo in omnibus his, quæ ad statum publicum pertinent, nihil omnino tentare licet, nisi ducis jussu vel licentia, quod ipse faciendum decreverit, roboretur.

Unde hi plerumque, qui ducum contempto, vel non expectato imperio, congregientes cum hoste reipublica victoriam contulerunt, sæpe non tam gloriam assecuti sunt de victoria, quàm de temeritate, vel negligentia pœnam. Quid ergo merceditur transfuga, stationisve defertor, si ex disciplina militari tanta severitate corripitur triumphator? Joan. Salisburienfis lib. 6. cap. 12. Polycratici.

* ABSOLUTIO AB EXECUTIONE.

Evanescit mandatum, si dum adhuc res est integra, revocetur à mandante, aut renuntietur ab eo, qui susceperat, vel etiam revocetur, priusquam coeperit interesse illius, qui mandatum susceperat: neque enim minus mandatario, quàm mandatori indemnitas præstanda.

Item morte illius, qui mandatum susceperat, si integro adhuc mandato obierit, solvitur mandatum, sic ut hæres illius executionem non habeat. Mortuo autem mandante, etiam mandato nondum consummato, non semper evanescit mandatum: præsertim si nomine communitatis, aut alterius, mandatum sit factum, aut susceperit: potest enim aut hæres, aut ejus interesse, qui in munere succedit, profectus, & urgente mandatario, ut consummet, quod susceperat. Legatur F. Balduinus comment. in Infrat. Justin. lib. 3. Tit. 26.

IMPERARE. MANDARE.

CUI.

Apud Hieronymum Presbyterum in vita Hilarionis Palastini Eremitæ legitur de quodam Constanti Imperatoris candidato, ex Francia Germaniæ orto, quem à teneris unguiculis demon obsecerat malignus. Ductus ille Gazam ad Hilarionem, exponensque tam Syrac, quàm Græca lingua (quas tamen nunquam didicerat dæmoniacus) multiplicem oblationis causam, ei respondit vir sanctus: Non curo, quomodo intraveris, sed ut exas, in nomine Domini nostri Jesu Christi impero.

MARITIS.

Vide Tit. 26. de mandato. Sub loco Blanditiæ, & Imperii domesticæ.

POPULIS.

Plutarchus in vita Lycurgi scribit urbem Lacedæmoniorum ab eis quibusdam suis, & plures dæmoniacos invidiosos, & invidiosos, id est, Scytala & sago imperantem Græciæ spontaneæ, volentique. Erasmus in Adagiiis.

FAMILIIS.

Gorgo apud Theocritum in Syracusis, profectura duo mandat famule, ut infantem vagientem placaret, & catellum H revocaret intro. Erasmus in Adagiiis.

QUID.

De Alexandro Magno memorant, cum matris secretam Epistolam solvisset, tacitusque secum legeret, admoto Epistationem sensim capite unâ cam legisse: Et illum quidem interceptare non sustinuisse, sed detracto annulo admovisse Epistationis ori sigillum. Plur. orat. 2. de Alex. fortuna. Judicium. Evocare ad causam dicendam.

Si is, qui reus agitur, & capitis accersitur, prædicta die in judicium non venisset, vel domo abesset, mos Romanus erat, ut ante fores adium nomenclator tuba illum ad causam dicendam quatuor diffinitis in locis citaret. Alex. lib. 3. cap. 5. Cedem sui.

Attila Hunnorum Rex, postquam se ab Aëtio Valentin. III. duce in campis Catalaunicis perperatum vidit, intra carorum septa confugit: scutatusque in circuitum (ut valli speciem pro O 2 caris

caris stantes exhibent) dispositis, sagittatis adunxit, vim hostium, quae improvisa fieret, quoad acies instrueretur propulsaturus. Et ne aut vivus in hostium veniret manus, aut mortuus careret sepultura, iumentorum chitellas in struem congesse: in qua, si durius quid accidisset, se gladio à domesticis confodit, & subjectis illis flammas cremati iussit. Crantzii lib. 3. Suecia, cap. 4.

Hac Testamenta, voluntatis ultima Instrumenta. De quibus suo loco: Hic Mandata morientium sola consideremus. Servius, Oppidius Canusii duo prædia dives

Antiquo censu natis divisse duobus
Fertur: hoc moriens pueri dixisse vocatis
Ad læsum: Postquam te tales, Aule, nuceisque
Ferte sine laxo, donare, & ludere vidi:
Te Tiberi numerare, cavos abscondere tristem:
Extimui, ne vos ageret vasa discors,
Tu Nomentanum, tu ne sequerere Cicutam.
Quare per divos oratus uterque penates,
Tu cave ne minus: tu ne majus facias, id

B Quod satis esse patat pater, & natura coercet.
Præterea ne vos ritillet gloria, jure
Furando obstringam ambo: uter ædilis erit, vel
Vestrum prætor, is intestabilis, & sacer esto.
Horatius libro Sermonum, Sat. 3.

Maximilianus I. Imp. Gregorio Carthusiensi confessori secretò præcepit, ut mox sibi mortuo subgaculum indueretur, ne pudenda sua post mortem quispian videret. Erat enim omnium mortalium verecundissimus, adeo ut nemo unquam ex cubiculariis ejus viderit naturæ opera exercentem: nemo neque meje, neque egerere. Paucissimi medici ejus unquam, dum agrotaret, viderunt, tantæ erat verecundia. Dehinc præcepit, ut postquam animam efflasset, pilis ejus tonsis toto corpore, omnes dentes evellerentur, in foveæque suppositis carbonibus, ac igne in cœmiterio obruerentur: corpusque flagellatum, triplici sacco, ex lino, serico, Damasceno, involueretur cum calce ac cinere mixto. Voluit etiam, ut corpus suum toto die palam omnibus ipsum aduentibus ostenderetur, ac postremo in clivum pheretur (quod secum amnis quæret, & amplius in eum usum factum circumvexit) interius ferramentis optimè munito in novam civitatem Austriæ ductum, in sacello arcis, S. Georgio dicato, sub magno altari sepeliretur. Vide Locum de Morte Tit. Morientium Dissa.

Curam canis.
Lucianus subtilissimè ludit in Stoicum barbatum, cui in coemeterio vehiculo Domina catellam committit, obtectans illum per ea, quæ sunt in vita dulcissima, ut diligenter curet. Erasmus in Adagiis.

*** DE MANDATIS DIVINIS.**
QUID, ET QUÆ SINT.

Mandata Dei sunt regulæ à Deo, homini sive mediare, sive immediate propolite ad bene vivendum. Cum enim per mandata, Dei voluntatem, & peccati turpitudinem, damnumque cognoscimus, fit, ut per illa norma nobis præfigatur bene vivendi. Unde Apostolus dicit, mandatum sanctum, & justum, & bonum. Loquitur autem de mandatis legis à Deo traditæ, quæ vocat Sancta, quia præscribunt, quomodo sanctè Deus coli debeat: Justa, quia præscribunt, ut cuique quod est suum tribuas: Bona, quia ea præcipiunt, quibus unusquisque sit bonus, & existimat S. Thomas, Apostolum respiciens, ac triplicia veteris legis mandata: Cæremonialia, quibus cultus erga Deum: Judicialia, quibus iustitia erga proximum: Moralia, quibus erga seipsum continentia, & bonitas præscribuntur.

Mandatum autem magnum in lege percontanti Legisperito, qui tentaturus Christum advenerat, respondit Dominus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &c. hoc est primum, & maximum mandatum. Secundum autem simile est huic, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Lucæ cap. 10. Matth. 22. Marc. 12. Additque: In his duobus mandatis universa lex pendet, & Propheta, q. d. In illis omnia Legis, & Prophetarum præcepta comprehenduntur, & ex his dependent, & eliciuntur, & ad duplicis illius virtutis exhibitionem, aut conservationem omnia ordinantur, ut secundum exigentiam mandatorum dilectionis, reliqua mandata, vel servanda sint, vel omittenda. Quin etiam in his duobus continentur quodammodo omnia, quæ in Lege, vel Prophetis narrantur facta, vel dicta à Deo, vel hominibus.

Manes.
DEFINITIO, ET ACCEPTIO VARIA.

Manes variè accipiuntur apud Scriptores. Apulejus de Dæmonio Socratis, dicit esse animas melioris meriti, quæ in corpore nostro Genii vocantur: corpori renuntiantes, Lemures: quos tamen malos Genios vocabant Platonici. Servius Manes vocari contendit quædam in aliis corpora non migrantur. Promissive Veteres per Manes intelligebant Deos infernales: eosque inter numina infausta numerabant, quibus sacrificata nec nocerent. Alii quasvis animas corpore egressas hoc nomine celebrant. Unde illa familiaris sepulchrorum inscriptio, Dis Manibus. Videatur Del Rio, lib. 2. disq. Magic. quæst. 16. Sect. 1.

E OS EVOCARE.
A Quærat in Loco de Miraculis Magicis. Sub generali Tractatu de Miraculis. Tit. Dæmones, Manes, Mortuos eliceve, evocare. APPARITIO. Vide ex Loco de Apparitione, & de Spiritibus. CULTUS. Vide ex Loco de Ethicorum religione, Considerata respectu subjecti. Puta materia. J. Huc pertinent cultus Manium.

*** Mangones.**

QUI HOC NOMINE VOCENTUR.

Mangones interpretantur, quasi magistris formæ puorum, qui mentiendi, & fucandi arte pollebant: ut homines quos vendebat, pluris fierent. Unde Marcialis: Millia pro puero centum me Mago poposcit. Unde Domitianum testatur Suetonius, prætia puorum apud Mangones immisisset.

Erant autem Mangones in utroque sexu. Plinius enim meminit obfetricis, quæ Mango erat. Exemplum vitiorum, quæ Mangones fuisse leguntur. Vide ex Loco de Operis Mechanicis Tit. Opere Mechanicæ rerum commutatrix. S. Mancipia, Venalitiis, qui servos venales habent.

His adungi poterunt illi, quorum meminerunt sacra litera, Danielis c. 1. & Esferis c. 2. ubi describuntur, cum pueri, tum puella speciosiores, creditæ Eunucho ad hoc deputato, ut vesterentur cibis delicatioribus, & curam corpori impenderent, quo formosi apparere possent: ut de Daniele, & sociis ejus legitur. Etiam repudata Vasthi Regina, quærebantur Asturo puella speciosa numero quingentæ, ut colligit Josephus, penes quem sit fidelis. 11. Antiq. c. 6. & tradebantur Ego Eunucho custodiendæ, alenda, fovenda, & velut Mangoniandæ, ut placenter Regi, dum ex illis quampiam ad se vocaret.

Vide nonnulla ex Loco Spadonum, Eunuchorum.

Mania. Maniaci.

Vide Sculti, Manes, Furios.

Manichæi.

Vide Titulum, & Locum de Hæresibus.

*** Man, five Manna.**

QUID, EJUSQUE ORIGO.

Man quod Manna dicunt Medici, multique in locis in foliis virgultorum coalescit, & à Galeo Drosomeli, & Acromeli, id est mel roscidum, & aerium dicitur: antequam Sole splendente liquecat, pruna speciem habet. Estque nihil aliud, quam halitus terræ, & aquæ per folia calorem extenuatus, & coactus, ac nocturno frigore in unum condensatus. A J M E N T U M.

Filii Israël in deserto ammis XL. Manna alimentum sumpturunt, quod Deus illis pluebat: quamvis ut erant ventri, & Galesi dediti, illud fastidirent, non obstante eo quod omnis saporis dulcedinem illis adferret, ut scribitur Sapient. 16. & saporum pro libitu variaret, ut scribitur Sapient. 16. & quavis arte sibi ab Idumæis aliisque Gentibus comparare contenderent. Sic enim legitur, quod transeuntibus fines Idumææ, Dominus per Moysen mandasset, ut eibus ab illius regionis incolis essent. Deuter. cap. 2.

Pluebat autem illis Deus Manna singulis noctibus, præterquam Sabbato: idque tanta copia, ut tribus hominum millionibus sufficeret alendis. Jacebat enim per circuitum castrorum manè instar roris: non quod liquidum esset, sed quia rori, & crystallina guttæ in coriandri feminis formam conglobatæ simile erat. Ita Nyss. Phil. Joseph. & constat Exod. cap. 16. Erat ergo instar roris concreti: unde & pluvia comparatur. vers. 14.

LOCUS.
Galeus lib. 3. de aliment. cap. 3. asserit hoc genus mellis copiosè colligi in Libano monte Liburniæ, ejusque regionis agrestes expansis humi verberibus, concussisque arboribus, plena fistilla domi referre.

In Calabria modo illud copiosè gignitur, & exindè ad varios orbis partes, & medicina usus alio transportatur, ut refert Marcialis super cap. 7. lib. 1. Dioscor. & Valerius in suo Opere de S. Philol. cap. 57. Etiam India suum habet Manna, ut testatur Christophorus à Costa, lib. de Avomatibus.

G E N E R A.
Manna varia genera recenset quidam ab Orta, quem citat L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

Acosta supra, eaque, à loco ubi colligitur, quantitate, & colore distinguit.

Aliud genus idem Acosta refert in India Orientali usurpari à vulgo, minoris pretii, & effectû majus quam Calabrinû, quod in Orunis venale vidit, & exinde deferat ad alias Indiarum provincias. Narrat autem quendam Brachmanum familiarem sibi Medicum degentem in Civitate Cochini sibi dixisse, accepta silentii fide, Manna istud componi arte, & paucos cam callere, atque ex Perfide advectam. Idque ex amylio candido, & purissimo, Manna cujusque generis, Scammonæ, & femine, quod Vifa dicunt, cum saccharo, & pauxillo aquæ odorifera, quæ omnia in massam compacta secundum artem, ut loquuntur Pharmacopai: soli exponebat, & ad usum confervabat. De Manna, quo in Polonia decidit. Vide s. proximo: ut & de eo, quod pluit Atrebat in Arctia.

De Manna Hebræorum, quod illis in deserto tanta copia præstitum de celo fuit, quærun nonnulli, an ejusdem fuerit specie cum vulgari? Placet eorum sententia, qui sentiunt, ejusdem speciei fuisse quoad naturam suam cum vulgari: quamvis ipsius generatio supra compagem modum perfecteretur, & accidentalibus excellentiis illud præcelleret, de quibus s. sequenti.

DE MANNA HEBRÆORUM PARTICULARIA. F

Circa Manna Hebræorum sex inveniuntur à Deo præcepta, ut totidem miracula. Primum vult, ut colligant in singula capita quotidie mensuram Gomor, id est, tantum quantum putabant sufficeret ad Gomor implendum: quo factum, ut alii plus, alii minus colligerent.

Nihilominus cum domum referrent, omnes inveniebant mensuram Gomor (quæ mensura fuit annis 40. usitata ad mensurandum Manna. Unde Gomor quasi $\frac{1}{40}$ Gomor, id est, manipulus viduus diurni, inquit Arias Montanus, est.) five plus, five minus collegissent: quod fuit maximum miraculum, quod tantum quotidie depleverat, ut tot hominum millionibus sufficeret, omnesque mensuram Gomor implerent Angelo addente invisibiliter, si minus: demente, si plus, quam oportuit, collegissent. Ita enim Scriptura: Qui multum non abundavit, & qui modicum non minoravit. Cuiusmodi, quod Deus insuper illam Manna mensuram ita stomacho cusque temperabat, ut æqualiter omnes satiaret, suppleudo si quid nutrimenti deesset calori naturali, & in debili stomacho producendo necessariam digestionem.

Secundo præcipiebatur illis, ne in diem sequentem quidquam reservarent, addita pœna, quod aliqui fecerent verbibus, sicuti accidit, si quando illud reservarent: quod & alterum fuit miraculum: neque enim ex natura Manna id fiebat, ut patet: nam Sabbato, quo non licebat colligere, manebat illatum.

Tertio quod manebat in agro, sole adveniente liquecebat, perindè ait Cajet. velut ovum sub gallina, & in ea testam habet mollem, & oculus induratur ac genitum est.

Huic autem Manna dicunt simile reperiri in Polonia, & mense Junio, ac Julio depluere, herbisque de nocte instar toris incubere. Itaque ante exortum Solem cribro colligunt, excutunt, tundunt, aqua miscent, & in alimentum sumunt admixta farina. Et fatetur Cornel. à Lapide, se hoc manna vididisse, ac esse instar feminis millii, & retere saporem panici. Includitur autem folliculo, & colore rubet.

Quarto præcipiebatur, ut feria 6. duplum colligeretur, id est, juxta mensuram duplicis Gomor, quia Sabbato, propter reverentiam diei, cessabant à colligendo. Unde & feria 6. H quique duo Gomor apud se inveniebant, unumque reponere in diem sequentem.

Quinto volebat Deus servari Manna in perpetuum divinæ alimonie illis præstitæ monumentum. In quo etiam evidens fuit miraculum, quod illud Deus tot sæculis servare incorrupturn. Sic pluit Manna Atrebat in Arctia, quod ibidem etiam nunquam perleverat, & integrum servatur. Hinc rythmus.

Atrebat Manna, Roma pluit unctio sacra: Hierusalem sanguis: hæc sunt tria dona salutis.

Sexto præceptum fuit, ut in singulos dies colligeretur, idque annis XL. fuitque miraculum, quod omni tempore anni plueret, five æstate, five hyeme, donec venerunt in Canaan, ibique de frugibus terræ comederent. Itaque Angeli quotidie in nubibus materia ad illa disposita Manna conficiebant, idèque vocatur panis de celo, & panis Angelorum, quia manibus Angelorum ex fummo aere dimittebatur. Fuit autem, ut Scriptura commemorat, instar feminis coriandri, O 3 sed

